



Eminentissime Princeps

Dum Christianus Orbis uniuersus, atque Vrbs Aeterna pietatis Sedes ALEXANDRVM VIII. Magnum Patrum Tuum ad Vaticanum culmen euectum faustis, felicibusque uotis ueneratur; Tu quoque Eminentiss. me Princeps sacra Purpura prefulgens, ac Pontificia uestigia insequens, omnium hominum studia, animosque in Tuas florentes uirtutes conuertis. Quare Vrbs ipsa Roma in Optimi, Sanctissimique Principis, inque Tuas Laudes effusa, noua Vaticano, et Capitolio decora, Triumphos, Asiaeque spolia, ac Trophaea meditatur. Ipse uero humillima ueneratione publicos plausus prosecutus, priscos Triumphales Arcus, qui in eodem Vrbe adhuc extant, meis typis aedumbratos in lucem editurus Tuo Nomine inscribere audeo, ut qui ueteribus titulis penè deletis, Temporis edacitatem sentire, Tuis modo firmati auspicijs, nunquam interituri niteant ad antiquae emulationem Maiestatis.

Em. Tuae

*Humillimus Diuinitis et Obsequentiss. Ser.
Io. Iacobus de Rubis*

65/638

C
K
P
162
L. 51

VETERES ARCVS
AVGVSTORVM

TRIVMPHIS INSIGNES

Ex Reliquiis quæ Romæ adhuc
Superfunt

CVM IMAGINIBVS TRIVMPHALIBVS

RESTITVTI

ANTIQVIS NVMMIS NOTISQVÆ

IO: PETRI BELLORII

ILLVSTRATI

Nunc primùm

PER IO: IACOBVM DE RVBEIS

Æneis typis vulgati.

ROMÆ, M. DC. XC.

Ad Templum Sanctæ Mariæ de Pace, Cum Priuilegio Sum. Pontificis.

SVPERIORVM PERMISSV.

LECTORI

IO: IACOBVS DE RVBEI

TYPOGRAPHVS.

CVM inter Romanæ Magnitudinis reliquias illæ summo in pretio habeantur, quæ marmoreis tabulis sculptæ in Triumphalibus Arcubus adhuc admirationi sunt; ex his Tibi selectas plurimas meis æneis typis expressas in Admirandis Romanarum Antiquitatum, ac Veteris Sculpturæ Vestigijs dudum obtuli, reliquis alijs diu nimis dilatis, ac penè omissis. Quare me longa cupido incessit easdem tabulas ineditas adhuc, & minimè spectatas prosequendi; itaut simul omnes congererem, & ex cunctis unum integrum opus perficerem. In quo tamen disponendo, atque absoluendo numeris omnibus, ipsorum Arcuum facies, & aspectus ob oculos ponere constitui, ut Romanæ Magnificentia studiosi triumphalibus ornamentis undique visum expleant. Cum hæc firmo statuissem animo, fors meis votis respondit; accidit enim ut Ioseph Maria Suaresius Episcopus olim Vasionensis doctrina, atque eruditione eximius Arcum suum Severianum in publicum emiseric una cum imaginibus Belli Parthici à Severo gesti, cuius elegantia, & pulchritudo stimulos addidit, meque statim ad prosequendos ceteros impulit. Neque ex eo fors ipsa mihi gratificari destitit, sed ultrò ex Bibliotheca Barberina Codicem obtulit Francisci Iamberti Architecti, Sangalli cognomento, Iuliani, & Antonij illustrium Architectorum patris manu exaratum; in quo Codice plurima vetera ædificia, necnon Arcus aliquot delineati, descriptique continentur, qui eiusdem Iamberti ætate; non adeò mutili, consumptique, ut nunc, saniores faciem præferebant. Is enim floruit sub Sixto Quarto, Pontifice Summo, ducentis ab hinc, & amplius annis: anno scilicet MCCCCLXVIII. in fronte Codicis ipsius adnotato. Opus igitur aggreßus in iisdem Arcubus, ac tabulis delineandis, incidendisque Petri Sancti Bartoli usus sum spectata solertia, à Suaresio in suo Severiano, atque ab alijs in antiquis monumentis restituendis approbata. Ex eiusdem verò Iamberti delineationibus nonnulla, quæ iam perierunt, restitui curavi, ut vetus honos, quoad fieri potuit, iisdem Arcubus affulgeat, novumque meis typis accedat decus.

In hisce igitur monumentis Lector habes Imperatoris Titi Arcum, quatuor fultum columnis, ex quibus duæ tantum hac ætate supersunt, reliquæ in eodem Codice, ac veteribus eçtypis dudum impressis spectantur. Huic Titiano septem succedunt Tabulæ, ex quibus laterales duæ transeuntibus occurrunt: Triumphus scilicet, ac spolia Iudææ subactæ. Tertia in fornice medio affixa Apotheosim ipsius Titi ab Aquila in calum elati exhibet. In zophoro parvis sigillis sculpta sequitur Triumphalis pompa, quam hic propter longitudinem suam in tabulas quatuor diuisimus, & unaquæque suis numeris in sequentibus indicatur.

Habes Septimij Seueri, atque Antonini eius filij Arcum ad radices Capitolij, Forum versus, à Suaresio, ut diximus, summa eruditione descriptum, atque ad antiquam triumphalem faciem ex eiusdem Imperatoris veteri nummo restitutum; quem ut magis expolitum ederem, iterum æri incidi, recudique eiusdem Petri Sancti stylo, nulli parcens sumptui curavi, ac ipsius Suaresij explicationes una simul addidi. Hunc Arcum exornant quatuor maiores tabulæ, siue superficies ad Bellum Parthicum spectantes: duæ scilicet in utraque fronte, quibus totidem parvæ subiacent tabellæ oblongæ cum parvis sigillis, in hisce nostris imaginibus unica tantum pagina comprehensæ. Septimam ultrò addidimus tabulam ad illustrandum Arcum ipsum cum antiquis Nummis eiusdem Seueri, & Filiorum, Belli, ac Victoriæ decora referentibus.

Huic attexui alium minorem Severianum Arcum ab Argentarijs in veteri Foro Boario eidem Imperatori, Iuliæ uxori, filijsque dicatum, quem hic damus in duas facies; altera frontem exhibet, altera eius latus cum Captivis, & Sacrificijs.

Damus & Gallieni Arcum vulgò Sancti Viti, eius adherentem templo, ruditer extructum absque imaginibus. Fastigium habuit, ac utrinque minores fornices ut ex vestigijs in proximis ædificijs, ac eiusdem Iamberti delineationibus palam est.

Constantini Arcum insuper damus, qui ex Traiano, siue ex ipsius triumphalibus monumentis deiectis excitatus, ab una, alteraque fronte quatuor præfert tabulas eiusdem Imperatoris rebus gestis insignes. Sub his totidem rotundi Clypei spectantur cum Sacrificijs, & Venationibus. Reliquum spatium hinc inde supra minores fornices minor una tantum, sed oblonga tabula exornat Constantini facta representans. Ad exornandum amplius hunc Constantinianum Arcum, ex eiusdem Imperatoris Traiani triumphalibus ornamentis, ultrà prædictas quatuor tabulas, ablata fuit altera maior in longum protensa, Victoriæ Dacicæ decorata, imaginibus

nibus; at in quatuor partes scissa; quarum duae laterales in ingressu maioris fornicis patent; reliquae duae in exteriorum laterum summitate ipsius Arcus spectantur.

Arcum vulgò Portugalliae cognominatum ab Alexandro Septimo ad dirigendam viam Flaminiam, nuper deiectum, & solo aequatum ex eodem Iamberto, alijsque describi curavi, ut aliqua ipsius extaret memoria. Cuius quidem Arcus, antiquitate minimè nobilis, & ex aliorum reliquijs compacti auctor in incerto est. Duas Augustorum tabulas ab una fronte tantum praeferebat, deleta vultus similitudine; quas pertinuisse ad Marcum Aurelium, & Faustinae eius coniugem probabilibus argumentis asseritur. Cum verò Auctor lateat, ipsum Arcum ultimo loco posuimus.

Hac Augustorum serie Arcus nostros disposuimus, imaginibus unicuique, prout suis locis spectantur, apposis, ut facile ipsorum aspectus requirentium oculis occurrat. Quibus omnibus breues Io: Petri Bellorij Notas ad explicationem atteximus, qui pro sua in me humanitate, atque in meis typis erudiendis laudato studio, facile suam operam impendit, veteribus additis nummis, qui eadem Triumphalia ornamenta Temporis deformata iniurijs noua luce perfunderent.

Nummos à Suaresio in Seueriano Arcu appositos consultò preterire visum est: alterum scilicet Seueri cum Victoria ac Trophæo, eius Tribunitia Potestate XVII. alterum Getæ filij, eius Tribunitia Potestate III. cufos, nil commune habentes cum Arcu, & Parthico Triumpho, at potius ad Victoriæ Britannicæ spectantes molto postea ab eodem Seuero partam; quorum vice integra Numismatum tabula Parthicis Trophæis insignis addita est. Nummos Iuliae Domnae, seu Iuliae Augustæ eiusdem Imperatoris uxoris, cum ipsius nulla in hoc Arcu extet memoria, ad alium Seuerianum in Foro Boario ab Argentarijs, ut diximus, excitatum, transferre eadem ratione visum est, in quo eiusdem Augustæ nomina, tituli, & imagines simul recensentur.

Ut tandem, Lector, tuum Eruditum studium expleamus, huic operi metam imponimus, facto additamento aliorum Arcuum, qui in antiquis Nummis spectantur in honorem ipsorum Augustorum. Tu verò hosce meos conatus vultu hilari accipe. Vale.

Imprimatur;

Si videbitur Reuerendis. P. Sac. Palatij Apost. Mag.

Stephanus Ioseph Menattus Episc. Cyrenensis Vicesgerens.

Imprimatur;


F. Franciscus Maria Forlani Reuerendis. P. Fr. Thomæ Mariæ Ferrari Sac. Pal. Ap. Mag. Socius Ord. Præd.

SENATVS
POPVLVSQVE ROMANVS
DIVO TITO DIVI VESPASIANI F.
VESPASIANO AVGVSTO



ARCVS IMPERATORIS TITI IN REGIONE AMPHITHEATRI

*Imperatoris Titi Vespasiani Arcus cum triumpho Gentis Iudaeorum à Senatu, Populoque Romano Viâ sacrâ, post eius mortem, et Consecra-
tionem erectus, ut præter DIVI titulum in inscriptione, indicat quoque ipsius Titi imago in medio fornice de more ab Aquila in caelum
euecti, quam exhibemus cum Templi Hierosolymitani spolijs. In xoporo sculpta est Triumphalis Pompa cum ferculo Ior-
dani fluminis, ut in sequentibus.*



IMP. TITI IVDAEVS TRIVMPHVS

TITVS QVADRIIVGO VEHITVR CVRRV VICTORIA A TERGO LAVREAM SVSTINET *quantante Republica seruius publicus sustentabat*
 GIT HABENAS. *Scribunt Titum cum patre triumphasse conspicitur hic sine comite quod Arcus post eius mortem fuit a S-P-Q-R Equorum colla aureis ac gemmatis monilibus exornantur quae a suspensis lunulis lunata monilia diceban-*
tur Statius 9 Theb quibus etiam Circensium equos exornatos uidimus in lapidibus ac praecipue in quadrigis Victorum
lunae Equestrum Certaminum praefici


ROMA HASTA GALEAQ INSIGNIS EQVORVM RE-

nis uenetae musiva pictura elaboratis in Bibliotheca Eminentiss. D. Cardinalis Camilli Maximi Biga enim sacra erat
Sancti Bartol. del. et sculp.
 In Arcu Titi



IMP. TITI IVDIVS TRIUMPHVS

MENSA AVREA CVM CYATHIS LIBAMINVM ET TVBIS HYMNODIARVM CANDELABRVM EX AVRO FACTVM EQVES PHALERIS ORNATVS HABET CINGVLVM IN PECTORE CVM CLAVICVLIS AVREIS *Silius Ital. Phaleris hic pectore fulget* QVIRITES ALBA VESTE INDITI LAVR CORONATI LAVR MANV FERENTES CVRRV PRAECEDVT *Præcedentia longi Agminis officia*




IUDAICI TRIUMPHI POMPA AC FERCVLM CVM SIMVLACRO IORDANI FLVMINIS

Mos fuit simulacrâ Oppidorum, montium, fluviorum, deuitarum Gentium in triumphis preferendi, ut de Rheno, Euphrate, ac Nilo. planè constat. In hac pompa ferculum cum Iordane Iudee capte flumine spectatur.

In Zophoro Arcus Titi.

Petr. Sanct. Bartol. del. et sculp.

6




TRIVMPHALIS POMPA IUDAICI TRIUMPHI

i Inter Victimarios, ac Victimâs Sacrorum ministri, seu sacerdotes, eodem gestu singuli manus è toga exerentes. Hunc Triumphum Iosephus describit, Orosius uerò sic præ cæteris laudat lib. 7. cap. 9. Vespasianus et Titus Imperatores magnificum agentes de Iudeis triumphum Urbem ingressi sunt pulcrum et ignotum anted cunctis mortalibus inter trecentos uiginti triumphos quicquid conditione Urbis usque ad id tempus acti erant hoc spectaculo fuit.



In Zophoro Arcus Titi.

Petr. Sanct. Bartol. del. et sculp.


6



IMPERATORIS TITI TRIUMPHALIS POMPA AC TRIUMPHVS IVDAICVS
 TAVRVS IOVI OM-IN CAPITOLIO MACTANDVS VITTIS SEV INFVLIS REDIMITVS DORSUM
 In Zophoro Arcus Titi
 PICTO AC TRIUMPHALI AMICTVS MILITES LAVREATI SCVTATI BREVI TVNICA INDVTI.
 Petr. Sanct. Bartol. del. et sculp.
 Io Jacob. de Rubéis formis Romæ ad Templū Pacis cu Priu. S. Pont.



IMPERATORIS TITI IVDAICVS TRIUMPHVS AC TRIUMPHALIS POMPA
 MILITES TITVLOS PRAEFERENTES IN QVIBVS SCRIPTA ERANT VICTARVM GENTIVM CAPTORVMQVORVM NOMINA POPA CVM SECVRI BOVES MACTANDOS DVCIT SVCCINCTVS AC VELATVS TVNICA
 QVAE DICEBATVR LIMVS AB VMBILICO AD GENVA ALTER POPA SEV MINISTER SACRIFICII VRCEOLVM MANV GERENS HVMERO CALATHVM SVFFIMENTORVM BAIVLANS Similes calathos suffimentorū exhibet
 Domihani nummus cum titulo SVF-P-D. apud Angelonum ac Vicum
 In Arc. Zophoro uers. Amphitheatrum
 Petr. Sanct. Bartol. del. et sculp.




CONSECRATIO sive APOTHEOSIS TITI

TITVS AQVILAE INSIDENS IN COELVM FERTVR VETERI SVPERSTITIONE INTER DIVOS RELATVS in arcu fornice,
 subtus in quatuor angulis triumphum exornant. Aquila cū fulmine consecrationis typus. Unde refellitur sententia illorum qui asserunt Arcum Tito
 adhuc uiuo excitatum. Sub Aquilis coliculi et flores cum dimittunt sigillis exeuntium bestiarum de quibus Vitruuius. In Arcu Tit
 Petrus Sanctus Bartolus delin. et sculp.



IMP. CAES. LVCIO. SEPTIMIO. M. FIL. SEVERO. PIO. PERTINACI. AVG. PATRI. PATRIAE. PARTHICO. ARABICO. ET
PARTHICO. ADIABENICO. PONTIFIC. MAXIMO. TRIBVNIC. POTEST. XI. IMP. XI. COS. III. PROCOS. ET.
IMP. CAES. M. AVRELIO. L. FIL. ANTONINO. AVG. PIO. FELICI. TRIBVNIC. POTEST. VI. COS. PROCOS. P. P.
OPTIMIS. FORTISSIMISQVE. PRINCIPIBVS.
OB. REM PVBLICAM. RESTITVTAM. IMPERIVMQVE. POPVLI. ROMANI. PROPAGATVM.
INSIGNIBVS. VIRTVTIBVS. EORVM. DOMI. FORISQVE. S. P. Q. R.

ARCUS LVCII SEPTIMI SEVERI AVGVSTI
E REGIONE ROMANI FORI



TABVLA A.

Ad dexteram Arcus, Forum uersus, primam continet superficiem.

L. Septimius Seuerus Augustus, Nigro emulo Imperij sublato, bellum Parthis primum intulit.

1. Exercitum alloquitur.


2. Nisibin Mesopotamiae urbem a Vologese Rege Parthorum obsessam liberat.

3. Parthi ceduntur a Romanis militibus.

4. Vologesur Rex Parthorum equo uectus fugam capeffit.

5. Carræ seu =


Tharæ Oppidum penetrant Romani.



TABULA B.

Circa superficiem alteram, ad leuam Arcus forum uersus.


1. Rex Armenię dum Seuerus eius Regno, immineret, obuius donis, ipsius amicitiam captat, dat illi dexteram Seuerus.
 2. Seuerus ipse tribunal erigit, et Castra metatur.
 3. Tribuni milites adhortantur.
 4. Abgarus Rex Osroenorum, =
 5. Atrenas obsessos in Oppido, quod et situ erat munitissimum adoritur, primum Ariete admoto.



TAB. LA C.

Tertiam superficiem ad dextram Arcus, è regione Capitolij.

1. Devicto Albino, caesoque, Seuerus Parthos aggreditur, Babylon derelicta ipsi cedit. 2. Ipse cum Tribunis colloquitur, è suggestu Milites alloquitur, et dimittit ad excursiones in Arabiam. 3. Abrenos rursus maiori Ariete compacto, è Prisci machinatione oppugnat, illi manus obtendunt supplices. 4. Cataractas pro impetu aquarum effundendo, de qua Vitruuius de Archit. et Caesar in Comment. de Bello Ciuil.



TABULA D.

Quartam superficiem, ad leuam Arus, è regione Capitolij continet.

1. Euphrates tranatur. 2. Ctesiphon se dedit Septimio Seuero, ubi Gaza Regia direpta est. 3. Tigris trajicitur. 4. Seleucia Parthica expugnatur. 5. Artabanus Rex Parthorum Magnus cum equitatu aufugit. 6. Arabum interiorum Phylarche duo genibus positis, ueniam orant. Regio Scenitarum Arabum redigitur in prouinciam Imperij Romani. 7. Castellae, seu receptacula inundantium Euphratis, et Tigridis, cuiusmodi describuntur Cauerne a Q. Curtio. lib. 5. ubi agitur de Babylone.



In hisce quatuor superficierum Parergis uisuntur pompe triumphales sub tabulis sculptę quę unius sunt penę similitudinis, atque argumenti



Milites prodeunt, qui Boues agunt, trahentes tria Cisia onusta spolijs, quę obuoluta, et compacta sunt in sarcinas reticulatim. Rotę in Cissjs quędam sunt radiatę cum equis, quędam solidę cum Bobus.



Sedet Prouincia cum Cidari, ducuntur captiui, Romanęque genibus positjs adorant, ac supplices tendunt manus



HYEMS Anseres Aquatiles tenet

E regione Romani Fori

VER flores manu gerit



OENI quatuor alati, quos utrinque spectas in Arcu, apud, regione fori, et regione Capitolij, quatuor totidem anni tempora referunt. Ver, Aestatem, Autumnum, Hyemem cum Symbolis. Designant porro temporum felicitatem sub Seuero Principe, extinctis Cuiuslibet et externis bellis, ob cuius insignem uirtutem Pax, et felix opulenta Populo Romano orta est. Idem argumentum in Seueriano, et Constantiniano Arcu expressum confirmat duo Constantini, et Antonini Seueri Filij numi, quibus dicati sunt Arcus, quos nummos hic exhibemus cum Enigraphe

FELICIA. TEMPORA

ARSTAS falcem et aristas gerit

E regione Capitolij

AVT VMNVS cum cratere et uue botro





Numismata Seueri, et filiorum Antonini, et Getę ad primum, et secundum Bellum Parthicum Spectantia

1. SEPT. SEV. AVG. IMP. IX. Seueri caput

1 PROECTIO. AVG. SC. Seuerus proficiscens ad Bellum Parthicum secundum SEVERVS. AVG. PERTINAX.

2 P.M. TR. P. VIII. COS. II. PP. Victoria Bello Parthico secundo

SEPT. SEV. PERT. AVG. IMP. VI.

3 PART. ARAB. PART. ADIAB. COS. II. PP. Captiui ad trophęum primo Bello con-

SEVERVS. PIVS. AVG.

4 VICT. PART. MAX. Victoria cum laurea, et palma

L. SEPT. SEV. PERT. AVG. IMP. VIII.

5 ADVENT. VI. AVG. FELICISSIMO. Imperator equos Romanos rediens

SEVER. AVG. P.M. TR. P. X. COS. III.

6 ADVENT. AVGG. Tres equites Seuerus, et Antoninus Augusti, Geta Caesar.

L. SEPT. SEV. PERTINAX. AVG.

7 DIVI. M. PII. F. P. M. TR. P. III. COS. II. PP. P. P. redeuntem Albius deuicto

L. SEPT. SEV. AVG. IMP. XI. PART. MAX. Caput Seueri

8 VIRT. VII. AVGG. Roma sedens post reditum ex Bello Parthico secundo

AYT. K. A. C. E. P. T. C. E. O. Y. H. P. O. C. AYT.

9 YOYA. ΛΑΟΔΙCΕΟΥΗΜ ΗΤΡΟΠΟΛΕΩC. Iulę Laodiceę Seuerę,

seu Seuerianę quam hostiliter a Nigro dirutam Seuerus restituit

IMP. CAESAR. AVR. ANTONINVS. Caput Antonini Caracallę

10 FIDES. EXERCITVS. utraque manu tenet militaria signa

ANTON. AVG. PON. TR. P. VII.

11 VICTORIA PARTICA MAXIMA post triumphum

IMP. CAES. M. AVREL. ANT. AVG. P. M. TR. P.

12 MINERVA VICTRIX ad Trophęum, post reditum ad Urbem, primo Bel-

lo confecto, quo tempore Antoninus a patre cum Tribunicia Potestate Aug. fuit

renunciatus

ANTONINVS. PIVS. AVG. PONT. TR. P. VII.

13 ARCVS. AVGG. Arcus Augustorum Seueri, et Antonini quorum Sinu-

lacia seungi curru in summitate eminent, ut in suo Apparatu Suarefius

AVT. K. M. AVP. C. E. Y. H. ANT. ONEINOC.

14 ΠΕΡΙΝΘΕΩΝ. Β. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Perinthiorum bis Neocororū Imperator

triumphans in quadrigis. Hic nummus maximi moduli a Perinthi-

Seuero, et Antonino deuotus fuit percussus.

AYT. K. A. E. M. AYT. ANT. ONEINOΣ. Imperator Caesar M. Aurelius Au-

15 ΕΠΙ. CΤΡΑ. ΙΟΥΑΙΟΥ. ΜΥΤΙΑΙΝΑΙΝΩΝ. sub stratego Iulio Mytilę-

neorum Imperator in quadrigis

IMP. CAES. P. SEP. GETA. PIVS. AVG. Caput Getę

16 TRIB. POT. III. COS. II. SC. Dea felicitas, ad cuius pedes Captiui hic

nummus a Suarefio editus ad Bellum Britannicum pertinere uidetur

IOSEPHI MARLÆ SVARESII

Episcopi olim Vasionensis

APPARATVS HISTORICVS

AD EXPLICATIONEM

ARCVS L. SEPTIMI

SEVERI AVG.



TER reflectentibus è Septizonio L. Septimij Seueri Aug. & ad radices Capitolini Cliui pergentibus per Forum Romanum, occurrit Arcus eiusdem Seueri Triumphalis, cuius in Descriptionibus Urbis tam à Sexto Ruffo, quàm à Publio Victore conscriptis, quæ purè à Panuinio in Commentarijs Reipublicæ Romanæ seorsim editæ, nulla est mentio; verùm in illa tantùm, quam interpolauit ex vtraque Panuinius, vnà cum Titi, & Constantini Arcubus, p. 170. Arcus L. Septimij Seueri Aug. legitur in Regione quarta collocatus. Ruffus autem Consularis, & Victor Prouinciæ Pannoniæ Rector, Valentiniano & Valente A. A. floruerunt. Descriptio itidem, quæ Ruffo adscribitur lacera est, Verùm Marlianus in Urbis Topographia refert Arcus illius Inscriptionem lib. 3. p. 60. c. 16. vti Nardinus, qui eum in Regione octaua reponit p. 240. Antiq. Romæ: Adnotat Marlianus Arcum illum habere à latere marmoreos gradus, per quos multoties euaserit ipse fastigium, additque Seuerum respuisse Triumphum, ne de Ciuili victoria videretur Triumphare, iuxta illud Lucani, *Bella geri placuit nullos habitura Triumphos*; & quia morbo articulari Seuerus impeditus haud facilè in curru poterat consistere. Præmiserat Idem Marlianus Arcum illum omnium esse pulcherrimum, licet parùm mutilatum in vtroque frontispicio, cui sunt incisæ alatæ Victoriæ cum Trophæis, & Terrestris, Naualisq; Victoriæ simulacris. Visitur autem hodieque, sed adeò vetustate consumptus, temporumque iniuria & varijs casibus deformatus, vt vix agnosci possint effigies corrosæ, atque adesæ, quò magis laborandum fuit eximio Architecto, Pictorique celeberrimo Petro Berrettino Cortonensi, eas vt delinearet, & è dentibus æui vindicaret. At quantum debent posteris Eminentiſſimo ac Reuerendiſſimo Principi S. R. E. Cardinalium Decano, Sanctæ Sedis Apostolicæ Vicecancellario Francisco Barberino, qui pro sua inexhausta munificentia benemerendo de litteris, deque vniuerso genere humano, vetustatis monumenta instaurat, & istud ferè conclamatum restitui curauit in integrum, & velut ex Orco reuocauit? Dilaudanda insuper est industria singularis Petri Sancti Bartoli Perusini, qui æri tanta cum arte incidit, vt pæne animarit.

Triumphasse tamen Seuerum de Parthis, Adiabenis & Arabibus certum est, & liquet vel è Pargergis, quorum Anaglypha subtus tabulas facierum quatuor prominent, & currus onustos spolijs, & præda exhibent, aliaque pompæ Triumphalis ornamenta, & argumenta. Tertullianus profectò Romæ se fuisse tunc affirmat, vidisseque nobilitatem gemmarum in Triumpho Seueri de Parthis lib. de habitu muliebr. c. 7. Herodianus lib. 3. videtur miscere vtramque Parthicam expeditionem; Duas enim confecit Seuerus è Dione (qui æuo Seueri floruit; ideoque maior ei fides adhibenda est) apud Xiphilinum in Seuero: prima fuit post Nigrum sublatum, altera post victum cæsūq; Albinum. Refert sanè Herodianus p. 39. fusè. Seuerianos milites Ctesiphonte capta in secunda (vti non ambigo) expeditione, thesauros pecuniarum Artabani, quem magnum vocat Regem, nempe Parthorum, qui cum paucis Equitibus aufugit, diripuisse, omnemque supellectilem, & pretiosum Reginarum mundum. In prima namque Vologesum alterum Regem Parthorum vicerat, & in fugam verterat. Seuerum verò in Urbem reuersum à populo exceptum plausibus, faustisque acclamationibus, sacrificia pleraque. Dijs oblata, festos dies celebratos, edita spectacula fuisse post has Victorias narrat idem Herodianus.

Tunc excitatum Arcum istum nullus dubito, anno scilicet Christi nati 203. siue vti Cardinalis Baronius obseruat. 205. in Annalibus Ecclesiasticis p. 284. Euincit porrò geminam expeditionem Parthicam Seueri, Arcus Inscriptio, in qua bis Parthicus enuntiatur Seuerus. Nardinus censet. lib. 5. p. 240. erasum ex ea nomen Septimij Getæ alterius filij à fratre Antonino Caracalla post obitum Seueri, sicut & alijs in monumentis deletum fuit, auctore Spartiano, post illa verba, *loco illorū verborum P. P.*

OPTIMIS FORTISSIMISQUE. PRINCIPIBVS, quia marmor est ibi depressius, & foramina, quibus æs erat inditum, vestigia characterum aliorum indicant oblitterata. Vir versatissimus in Antiquitate, alijsque scientijs Hadrianus Auzout è foraminibus collegit hæc fuisse verba E T P. S E P T I M I O. G E T A E. N O B I L I S S I M O. C A E S A R I. O P T. &c. Petrus Sanctus quoque vice. P. Septimij. Getæ. &c. subditum. OPTIMIS &c. asserit, qui propius animaduertit; quin & ex alia Inscriptione Seueri, quam posuere ipsi Foro in Boario Argentarij, Nardinusque inserit p. 270. ad S. Georgij ædem in Velabro, Panuinius p. 213. & Marlianus p. 78. Getæ nomen exemptum contendunt, & Imaginem sublatam Nardinus, qui addit Gregorio XV. sedente, cogitatum de humo efodienda, quæ circa ipsum Arcum excreuit, & de circumuallando illo, erecta parietina, instar illius, qua Cochlis Traiani cingitur.

Ruinis quippè aggestis accreuit tellus, Arcus etiam Titi haud procul ea erat obrutus, donec Sixti IV. Pont. Max. iussu, his scilicet ruinis amotis, altior apparuit, diuque ignotam candelabri septemPLICIS Iudæorum figuram in eo cælatam visendam exhibuit, quemadmodum narrat Lilius Aegidius Tiphernas in præfatione libri tertij Philonis, cuius Opera ipse donauit Latinitate, Sixtoque Tomos ex his sex, in quos ea diuiserat, obtulit. Extant hi calamo exarati adhuc in Bibliotheca Vaticana. Hoc verò Candelabrum, de quo c. 8. v. 4. Numeror. præsertim, quod ex auro erat ductili, & describitur imprimis c. 25. v. 31. Exodi, Titus Aug. inuehens in Urbem, ducensque in Triumphum, deinceps insculpi tam exactè curans, Prophetas instar Balaam, & Caiphæ dicitur ab Aegidio futura in Vrbe splendidissima lumina, septem Sacramentorum ex instituto Christi, totum per Orbem terrarum ad salutem mortalium propaganda.

Inscriptionem Arcus Seueriani constare à fronte, atq; à tergo bipedalibus litteris in marmore primum incisus, & excauatis, ac dein ære Corinthiaco repletis, quod à Barbaris Urbem deuastantibus post erutum, atque ablatum fuit, vt in alijs quibusdam maiorum ædificiorum titulis factitatum scimus ex apparentibus etiamnum hiatibus, satis patet, idque Cardinalis Baronius adnotauit p. 165. (Ego post etiam fusiùs in Dia triba de foraminibus lapidum antiquorum ædificijs quondam agebam.) Adiungit ille verba ista in Seueriano Arcu.

OPTIMIS. FORTISSIMISQ. PRINCIPIBVS.

claudi lineis circumductis, vt in Arcu alio Fori Boarij clauduntur ista

PARTHICI. MAXIMI. BRITANNICI. MAXIMI.

augetur inde suspicio de nomine Getæ dempto, cui supposita hæc fuerint. In arcu Fori Romani Seueriano, Potestas Tribunitia Seueri XI. anno ponitur suscepta, sed sexto anno Antonini, nec id Cardinalem Baronium latuit, causamque arbitratur, quod eodem anno vnus potestatis exordium, alterius terminum esse contigerit, vti quando Seueri XI. Antonini V. positus inuenitur, vel illius IX. istius IV. In Arcu ad Forum Boarium Tribunitiæ Potestatis Seueri VII. tantum computatur annus; at in Inscriptione Panthei, quod, cum fulmine conflagrasset A. C. N. 203. siue 205. ex Cardinale Baronio, Seuerus, & Antoninus restituerunt, tanquam vetustate (sic legitur) consumptum; vt euitaretur superstitiosa Religio, quæ ne Plebis animos incesceret, impulit & Constantinum Magnum, vt Legem daret, quam refert Cardinalis Baronius, & inserta est Codici Theodosiano tit. de Paganis prima, vbi iure ab Apostasia defendit Scholiastes hunc Imperatorem, qui Princeps Christiana fide Romanum muniuit Imperium. In Inscriptione (inquam) Panthei Tribunitiæ Potestatis Seueri annus XI. legitur & Antonini V.

Præter istas Inscriptiones, plurimæ supersunt Seueri, Romæ in Porticu Templi quondam Iunonis in Foro Piscario, nunc Sancti Angeli, vt apud Gruterum visitur p. 172. In scrip. vett. num. 5. & alibi p. 157. 156. 169. 191. & 271. In Arcu quidem isto, vt è Marliano præfatus sum, Victoriæ sunt alatae, cum terrestris, & naualis expeditionis simulacris vtrimque, Naualia illa signa designant nauium Seuerianarum apparatus, quibus deuecti sunt eius milites, dum Euphratem, Tigridemq; ac Adiabenos Fluuios traiecerunt, tam celeriter Ctesiphontem appellentes, vt incogitantem Artabanum penè oppresserint, Herodiano teste, Si quam Seuerus ipse conscripsit, Vita priuata, sua, publicæque superstes foret, vt affirmat Spartianus, eam Ego libenter præmitterem explicationi huius Arcus, sed cum illa interciderit, eiusdem vitæ synopsis Chronicam circa ea, quæ spectant ad istum Arcum excerptam varijs è Scriptoribus, è Caluissij Sethi Opere Chronologico potissimum, duxi proponendam. Si antea monuero. venientibus per Romanum Forum ab Arcu Titi ad istum, à fronte ad dexteram. Arcus, esse Tabulam primam, tum ad læuam porrigi Tabulam secundam, ascendentibus à tergo ad Capitolium, si obtutum illi obuersi figant in posticam faciem, ad dexteram intuentium ipsum Arcum, esse tabulam tertiam, sin ad læuam eorundem spectantium, protendi tabulam denique quartam, subtus eas tabulas esse Parerga, supra ipsius Arcus Apsidem hinc inde Victorias alatas gestantes trophæa, siue ingentes stipites, desuper onustos hostilibus exuijs & armis, & sub illos, Genios quatuor videbit spectator, duos vtrimque gestantes Thus & fruges atque flores, & aues Prouinciarum subactarum tam

tam à fronte, quàm à tergo Arcus. *De his supra ipsius Arcus tabula E pag. 14.* Sunt & alij duo minores Arcus; & hos inter fluuiorū effigies, quatuor hinc indè gestant arundines, & calamos, quorum duo imberbes, duo sunt fenes, & barbati, sicut Genij, cruribus & pedibus nudis vnus, alter cum ocreis seu peronibus. Prominent vtrimque lapides tres, quibus coagmentatur in medio fornix Arcus, ipsisque simulacra Martis, & hastatorum stabant superposita; in Arcubus etiam minoribus, intra verò Arcum vnumquemq; rosæ sculptæ sunt in fornicis Apfide, hinc inde quatuor columnæ sunt erectæ striatæ cum Capitulis opere Corinthio, circum Arcum, vniuersum octo, quibus Arcus fulcitur, quatuor versus Forum Romanum, & totidem è regione Capitolij.

Adiunxissem dimensiones, & Ichnographiam huius arcus Septimiani, sed Sebastianus Serlius lib. 3. de Architectura tam graphicè retulit ambas, nihil vt desiderari possit; ad eum igitur Lectorem remitto, ne actum agam: putat ille aliorum ex ædificiorum manubijs eundem prodijisse, nec non & totum opus egregijs sculpturis insuper honestatum, eiusque frontem & latera, & terga magnificè admodum instructa, elaborataq; fuisse, conspici aſerit, & iacere lacerum, p. 182. 183. 184. & 185. Edit. Venet. 1663. fol. extat. p. 180. & 181. Arcus in Foro Boario positi tam Septimio quam eius filio Antonio delineatio egregia, quæ ad huius Arcus in Foro Romano siti explicationem etiam facit.

Anno conditi Orbis 4142. Christi nati 193. Didio Iuliano Aug. Romæ cunctis exoso, quia Perſinacem Imperatorem occidi curauerat, & Imperium, quod parari debet virtute, pretio emerat. Pescennius Niger oriundus Aquino à Syriacis exercitibus illud sibi delatum suscepit in Oriente; at Clodius Albinus Afer (Adrumentinus nempè) Cæsar à Gallicanis militibus nuncupatus, & ab ipso L. Septimio Seuerus, qui Afer, quoque, Lepti scilicet natus à Germanicis legionibus acclamatus fuerat Augustus Carnunti die 15. Maij. Seuerus igitur Romam confestim Principatus ad arcem contendit Illyricanis, & Gallicanis exercitibus sibi conciliatis Prætorianos in Vrbe domuit, Iulianoque post lxxvj. dierum Imperium trucidato, suum ibi firmavit.

Anno 4143. C. N. 194. Aduersus Aemilianum, Nigrumque mox Seuerus profectus, primum vicit in Hellesponto, alterum fusis eius Ducibus ad Cyzicum, & ad Nicomediam, mox Antiochiæ peremptum sustulit, ipse ter Imperator appellatus Byzantium, quod Nigri præsidio tenebatur, partesque acriter tuebatur, obsedit.

Anno 4144. C. N. 195. perſtat in obſidione Byzantina Seuerus, quæ Vrbs Prisci Nicæui Architecti tum ingenio tum machinis artificiosè adiuuentis propugnatur in tertium vsq; annum, quo tandem capitur, Priscusque ad Seuerum deficit. Hac occasione Seuerus bellum perſeguitur in Oriente, aduersus Parthos, qui Nisibin obsederant à Læto propugnatam, alloquutus milites illam liberat, obſidionem soluit, & cæduntur à Romanis Parthi; quique illis præerat Rex Vologesus, cum Fratrem haberet apud Seuerum, equo vectus fugam capeſſit. Carrhæ desertum Oppidum penetrant Romani, Seuerus inde contra Adiabenos, siue Oſrhoenos dirigit aciem. Et ista sculpta viſuntur in prima Tabula Septimiani Arcus notata, A. & numeris discreta.

Anno 4145. C. N. 196. Seuerus adhuc in Oriente degit, & propter insignes Victorias Parthici cognomen obtinet, ac Adiabenici; filiumque suum Antoninum Caracallam à Caracalla veste, quam gestare gaudebat, denominatum kal. Iunij Cæsaris titulo cohonestat. Rex Armeniæ, cum Seuerus eius Regno immineret, obuius donis eius amicitiam captat, dat illi dexteram Seuerus, qui Tribunal erigit, & Castra metatur, Tribuni eius adhortantur milites. Abagrus Rex Oſrhoenorum, siue Adiabenorum ad Seuerum confugit; obtulit Sagittarios, & copias sociales, quas Seuerus accepit, eum Christianum existimat genitum ex illius progenie, quem Edessæ Regem Thadæus Apostolus ad Christi fidem perduxit, Cardinalis Baronius ad ann. C. N. 202. p. 277. Seuerus Atrenos obſeſſos in Oppido, quod & situ munitissimum erat, adoritur primùm ariete admoto. Hæc in secunda Tabula spectare licet notata. B. & numericè distincta.

Anno. 4146. C. N. 197. Byzantio potitus Seuerus à Clodio Albino diffidet, qui dignitatem Augusti ambiebat, migrat ergo in Gallias, properatq; contra Clodium Albinum, & cum eo prælium commisit propè Lugdunum.

Anno 4147. C. N. 198. primo die Dux Seueri vincitur, altero, cum ipse in dextero cornu vinceret, & inſequeretur fugientes hostes, exercitus eius in foueas delabatur, & fortuna belli fuisset conuerſa ferè, nisi manu sua milites reduxisset; & occidisset fugientes; tandem magna cum strage, atque clade victoriam retulit, die 19. Februarij, Albino etiam interfecto. mox redijt Romam Seuerus, & Orationem habuit ad Senatum, cui & metum incussit, consortemque Imperij, & Augustum, Antoninum Filium renuntiavit, concessa Tribunitia potestate, cum ipse sextam inchoaret: juniore filio Septimio Getæ Cæsaris titulum tribuit.

Anno 4148. C. N. 199. Reuertitur in Orientem, Nisibin redit.

Anno 4149. C. N. 200. Parthos denuo inuadit; deseruere illi Babylona, quæ Romanis patuit, Seuerus colloquitur cum Tribunis, Laterano, Candido, & Læto. è suggestu milites alloquitur, & dimittit

Vvolfgangus Lazius lib. 9. c. 3. Commentar. Reipublicæ Romanæ fusè de Triumphalibus ornamentis, & pompis, deque Arcu, cui statua equestris imposita cum duobus vtrunque trophæis è numo Neronis Claudij Drusi German. Imp. exhibetque Iconem pag. 774. vt alium, cui S. P. Q. R. signis recept. Rosin. pag. 1007. qui super Arcum habet equites duos, ex Antiq. Camucij, notatque in superiore Arcus parte fuisse spatia, in quibus aliquot homines, qui tuba canerent, vel trophæa stauerent stetisse existimantur, sed mox de istis agam. Parergum dicitur, quod alicui rei præter propositum additur, vt si pictor imaginem pingens ornandæ tabellæ gratia, arbuscula, auiculas, & huiusmodi adiunxerit è Plinio lib. 35. c. 10. qui narrat Protogenem, cum Athenis celeberrimo loco Mineræ delubro Propylæum pingeret; ibi fecisse nobilem Paralum, & Hermionida, quam quidam Nausicaam vocant, adiecisseque paruulas naues longas in ijs, quæ Pictores appellant Parerga, vertit eloquentissimus Dathus *nelle Vite de Pittori antichi* pag. 154. *tra quelle cose che da Professori sono dette Giunte*, Budæus esse vult Corollaria operis locati, accessiones, appendices, *Bordures* Gallis, Græci dicunt & τῶν ἔργων πλείονα, vti mantissæ, suprapondiaque in mensuris, & in venditionibus auctaria, quæ igitur insculpta sunt sub tabulis referentia Triumphorum ordinem Parerga inscripsi, quamuis ad rem faciant, & pertineant ad Trumphos nempè inque illis Iconismi Triumphorum perfectiores spectantur quàm alibi.

At in plano superiori, cum opportunè S. R. E. Cardinalis Eminentissimus Camillus Maximus Romanus Antiquorum patriæ suæ monumentorum acerrimus indagator, & restitutor munificus, vt è fragmentis Vestigiorum eiusdem Urbis, quæ Farnesianis è lapidibus Andreæ Bufalini diligentia, cum Notis Io: Petri Bellorij Viri de re Antiquaria optimè dudum meriti. quæque illi Eminentiae iure nuncupata fuerunt, liquidò compertum est, mihi liberaliter communicasset è ditissimis suis Thecis atque Thesauris Numum promptum, in quo legitur hinc Antoninus Pius Aug. Pont. Tr. p. vij. & Caracallæ *πρωτόμνη* effigies siue Thoracis, vt olim vocabatur, Scholiastes in l. 1. de Imaginib. Imperial. Cod. Theod. l. 15. tit. 4. aut Stetharium, agnoscitur; inde Arcus ipse Seueri exprimitur, & supra Ipse cum Patre, vel cum fratre currui, quem sex equi trahuunt insidens vtrimque, verò duo equites sequentibus duobus militibus peditibus inspiciuntur, circum verò insculptum est. Arcus Augg. cui persimilem asseruat in gazophylacijs suis Sueciæ Regina sæculi nostri decus verè incomparabile Christina, non Zenobiæ solum ac Eudoxiæ anteponenda propter insignem doctrinam, sed etiam Placidiae atque Pulcheriæ adæquanda ob pietatem, & prudentiam singularem. dignata est tanta Maiestas illius Numi mihi quoque Iconem ostentare opera D. Cameli qui Rei nummariae & instructissimæ Bibliothecæ meritò Præfectus est. In ambobus hisce Numis in plano cum emerent illæ statuæ, quæ præ vetustate, vel alio casu interciderunt, incidi quoque illas Eminentissimus Mæcenas Barberinus mandauit, & Bartolus egregiam eo in opere illo nauauit operam vt Arcus integer suisque omnibus numeris absolutus existeret.

Τέτριπον apud Suidam ἐκ τεσσάρων ἵππων ἄρμα. 6. Tethripum, currus è quatuor equis, cuiusmodi erat currus solis apud Ouid. lib. 2. p. 17. Metamorphos. τέτριπτον ἄρμα quadriga Aristophan. in Nubib. Athenæo quatuor equi vno iugo copulati ἵππῳ τέτριπτον equus quadriiugis, inde τέτριποβάτης, qui quadrigam ascendit, τέτριππόβοσχος, qui quatuor equos nutrit. Cicero lib. 5. Epist. 21. ad Attic. τέτριππα prohibeo, l. quadrigas, quas ob res bene gestas Greci Ducibus decernebant, vt Imperat. quadrigas aureas; sic in Capitolio positæ ab Ædilibus Curulibus C. Liuius, & Seruilio Gemino Coss. T. Liu. lib. 9. Decad. 3. pag. 370. Edit. Gryph. Sed & sunt equorū sex seiuges currus & ἑξαζύγιοι, Apuleius in Florid. de Quadrigis Triumphalibus Figrelus, seu de statuis curulibus, bigis &c. lib. 1. de Statuis. c. 18. pag. 161. de Seiugibus è Plinio lib. 24. cap. 5. pag. 163. vbi, de, τέτριπποις, vtque equi essent æquata fronte, & vnanimis è Claudiano. de Quadriga marmorea e Suida, & Hesychio, in Numo Cæsaris pag. 131. Familiar. Roman extat Arcus, cui inscriptum Imp. Cæsar, & quatuor equites illi insistant.

An verò fuerint Statuæ illæ equestres, seu simulacra ex ære, seu metallo fusa, & conflata, an ducta è marmore? poterit conijci ex adplumbaturis, & foraminibus, certè curiosioribus Architectis, & Antiquarijs disquirendum illud relinquo.

Quandoquidem sub his Parergis Apfis Arcus fuerat delineata cum Victorijs trophæa ferentibus, & Genijs, vacuumque spatium vtrimque pandebatur, sicut Antonini Caracallæ Numum indideram frontispicio, ita vtrimque Numum L. Septimij Seueri, cum Victoria & trophæis in auersa parte apposui; ex Angelonio in Numism. Imperat. pag. 242. num. 18. & subtus, numisma Iuliæ Domnæ Augustæ, coniugisque illius cum Pietate Augusta ex eodem pag. 243. num. 21. ad la-uam autem Numum Plautillæ Augustæ Vxoris Antonini Caracallæ, cum Dea Fortuna, & C. L. I. COR. ex eodem pag. 258. num. 30. vbi explicit hæc Sigla Colonia Latina Iulia Chorinthus, sub ea collocaui P. Septimium Getam Cæsarem ex Numo penes Angelonum insuper pag. 265. num. 9. & 11. in postica facie Roma sculpta est cum Cornucopia.

Nec tamen sine numine Diuū Superstes est Arcus hic Seueri , nam & ille Romam singulari præditus ingenio rexit prudentissimè imitator Marci , vti obseruat Herodianus pag. 512. G. L. sublati æmulis suis Nigro , atque Albino , quin & Æmiliano , deuictisque bis Parthis , & Arabibus , ac Adiabenis , verū & Urbis Romæ tabulis lapideis incidi vestigium , seu Topographiam curauit , siue Ichnographiam , vti probat in fragmentorum Editione Bellorius , vnde restitutor Urbis , & fundator Imperij fuit cognominatus , & certè Romæ publicas omnes ædes , quæ vitio temporum labebantur , instaurauit , De Septizonio , quod opere ambitioso extrui curauit , iustum volumen confarcinaui , deque Thermis , & alijs ædificijs publicis , quæ condidit ipse , quæque penitus interciderunt , alibi pluribus differetur . Nunc ad Arcum istum me conuerto , qui ædificatus intra decimum eius Imperij annum , vti iam affirmavi , neque verò decem illis annis primis Seuerus in persecutionem Christianorum incubuit , vtque Cardinalis Baronius adnotauit in Annal. Ecclesiast. ad Annum 195. e Tertulliano ad Scapulam cap. 4. benè Christianos habuit , atque etiam eorum nonnullos illorum auctorum testimonio exornauit , & aduersus furentem populum defendit ; nimirum quod à Christiano quodam nomine Proculo cognomine Toparcion Procuratore Euhodi , qui fuit Antonini filij Seueri educator , per oleum aliquando curatus esset , quem etiam in Palatio suo habuit vsque ad mortem eius , & ipse quoque Antoninus Seueri filius lacte Christiano fuit educatus , collusoremque habuit Puerum Iudæum , idest , Christianum , vt asserit Spartianus in Caracalla , tuncque res Christianorum valdè floruerunt ex Nicephoro lib. 5. cap. 16. Tertullianus fusè Apolog. cap. 16. adu. Iudæos cap. 7. & 9. mox verò Cardinalis idem Baronius de persecutione Seueri aduersus Christianos anno Imperij decimo indicta Christi 204. agit ; in qua Victor Papa Primus , licet eiusdem Seueri popularis & Afer Martyrium passus est pro Christo , sextam numerat istam Seuer. Sulpitius lib. 2. Sac. pag. 150. & vexationem vocat , at Paulus Orosius lib. 7. cap. 17. Histor. post Neronem quintam exindè Seueri res in peius prolapsæ sunt , & implicitus Bello Britannico , cum Vallum illud memorabile curasset effodi , Antonini Caracallæ proteruiam aduersum se domesticasque rixas eiusdem cum Geta fratre altero filio non ferens in morbum incidit , attritus iam podagra , & Eboraci obiit , vbi sepultus fuit , vlciscente Deo fusum sanguinem suorum cultorum , qui clamabat ad Cælum , Huius Arcus curam gerebant Romani , nam Sede vacante Camerarius Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis Quinque Custodes Arcus Septimij solet eligere , quibus vlnas , seu cannas quatuor panni tribuunt pro emolumento primæ Sortis , & Numi vigintiquinque cum dimidio , vt testatur Iannes Iacobus Romualdus fol. min edito Rationario Capitolino Romæ Anno 1604. an vt tuerentur inde Capitolinam arcem , an vt monumentum illud conseruarent ? Certè Cardinalis Francisci Barberini benignitas incomparabilis illud restituit nunquam interitum .

Elucet in huius Augusti rebus gestis Diuina Prouidentia , & æquitas . Siquidem Seuerus Imperator , cui hætenus omnia ex sententia euenissent (nam dum pacem Ecclesiæ tribuit , Parthos bis , Adiabenos , Arabas domuit , atque profligauit ; æmulos Imperij Nigrum , & Albinum prostrauit , solusque Romana potitus est ditione , interfectis omnibus perduellibus , filios ambos in consortium Imperij adsciuit , itaut nullus æquè feliciter dominatus fuerit ; At simul ac Christianos , quos antea fouerat , & in aulam admiserat suam , persecutus est ingratus , ac beneficiorum , quæ illorum precibus adeptus erat , oblitus , in ipsos sæuijt , non podagræ solum acutissimis doloribus acerbam Dei promeritis indignationem fuit affectus , & oborto ex insperato bello filiorum domestico , Caracallæque insidijs appetitus contabuit , sed & in Britannia infelicem animam morbis afflictatus , ac mœrore confectus exhalauit , & instar Antiochi periit tristitia magna in terra aliena lib. 2. Machabeor. e. 5. v. 13.

CANDIDO LECTORI.

19

VT res a L. Septimio Seuerō Aug. præclarè gestæ magis , ac magis innotescant , adtexere visum est Inscriptiones istas hinc inde collectas, quæ ad illum spectant.
Tu (candide Lector) his vtere , fruiere , quod in rem Tuam benè vertat .

I.

In Arcu Seueri Aug. Sub Capitolio.

IMP. CAES. LVCIO. SEPTIMIO
M. FIL. SEVERO. PIO
PERTINACI. AVG. PATRI. PATRIAE
PARTHICO. ARABICO
ET. PARTHICO. ADIABENICO
PONTIF. MAXIMO. TRIBVNIC. POTEST. XI
IMP. XI. COS. III. PROCOS
ET. IMP. CAES. M. AVRELIO. L. FIL
L. ANTONINO. AVG. PIO
FELICI. TRIBVNIC. POTEST VI
COS. PROCOS. PP. OPTIMIS
FORTISSIMISQVE. PRINCIPIBVS
OB. REMPVBLICAM. RESTITVTAM
IMPERIVMQVE. POPVLI. ROMANI
PROPAGATVM. INSIGNIBVS
VIRTVTIBVS. EORVM
DOMI. FORISQVE
S. P. Q. R.

II.

In Porticu, seu vestibulo ædis Sancti Angeli in
Piscina olim Mercurio, vt volunt alij Iunoni,
sacræ , quam exhaustam igne Seuerum resti-
tuisse certum est.

IMP. CAES. L. SEPTIMIVS
SEVERVS. PIVS. PERTINAX
AVG. ARABICVS
ADIABENIC. PARTHIC. MAXIMVS
TRIB. POTESTAT. XI
IMP. XI. COS. III. PP
IMP. CAES. M. AVRELIVS
ANTONINVS. PIVS. FELIX
AVG. PONT. MAX
TRIB. POT. VI. COS. PROCOS
INCENDIO. CONSVPTAM
RESTITVERVNT.

III.

Ad Arcum in Foro Boario propè Sancti Geor-
gij in Velabro.

IMP. CAES. SEPTIMIO. SEVERO. PIO
FELICI. AVG. TRIB. POT. VII
ET. COS. II. PP. PROCOS. FORTISSIMO
FELICISSIMOQ. PRINCIPI
ET. IVLIAE. AVG. MATRI. AVG
ET. CASTRORVM. ET. SANATVS
ET. PATRIAE. ET. IMP. CAES. M. AVRELII
ANTONINI. PII. FELICIS. AVG
PARTHICI. MAXIMI. BRITANNICI. MAXIMI
ARGENTARII. ET. NEGOTIANTES
BOARII. HVIVS. LOCI
DEVOTI. NVMINI. EORVM.

IV.

Romæ in Pantheo.

IMP. CÆS. SEPTIMIVS. PIVS
PERTINAX. ARABICVS. ADIABENICVS.
PARTHICVS. PONT. MAX. TRIB
POT. XI. COS. III. PP
ET. IMP. CÆS. M. AVRELIVS
ANTONINVS. PIVS. FELIX
TRIB. POT. V. COS. PROCOS
PANTHEVM. VETVSTATE. CORRVPVTVM
CVM. OMNI. CVLTV
RESTITVERVNT.

Æ Cardinale Baronio, Marliano, Nardino, Pan-
uinio, alijsque Antiquarijs excerpebam, & è
Grutero, qui legit in secunda, IN-
CENDIO. CORRVPVTAM.

Hasce ineditas depróptas ex Eminentissimi Fran-
cisci S. R. E. Cardinalium Decani Barberini
Bibliotheca adnecto, in quibus viarum Seue-
rianæ, atque Septimiæ notitia extat.

V.

S V E S S V L A E.

HERCVLI. SANCTISS. INVICT. SACRVM
PRO. RED. IMP. CÆS. L. SEPTIMI
SEVERI. PII. PERTINAC. AVG. P. S
ET. POP. SVESVL. M. IVNIVS. M. F
STEL. SEVERIANVS. II. VIR. D. T.

VI.

ALBANI in Horto Pauli Panizzae in ruderibus Castrorum Pratorij.

IMP. CÆS. L. SEPT. SEVER. PII. PERT. AVG. PART. AVG. ET. IMP. CÆS
M. AVREL. ANT. PII. FELIC. AVG. PART. MAX. BRITANN
MAX. PP. ET. IVLIÆ. AVG. MATR. AVG. N. ET. SENAT
ET. PATRIÆ. ET. CASTR. MINERV. AVG. SAC. DASIMIVS
FIRMAN. CORN. LEG. ET. AVR. VICTORIN. ACTAR. CVM. IMM. LIB
ET. EXACTIS. VOT. M. F.

VII.

A R D E A E.

IMP. CÆS. L. SEPTIMIVS. PERTINAX. PIVS. FELIX. AVG.
PONT. MAX. GERM. MAX. TRIB. POTEST. IIII. IMP. V. COS. PROCOS. PP
ET. M. AVRELIVS. ANTONINVS. PIVS. GERM. MAX
DACIVS. MAX. PRINCEPS. IVVENTVTIS
LITVS. VICINVM. VIÆ. SEVERIANÆ. ADSIDVIS. MARIS. ADLVENTIBVS
FLVCTIBVS. AD. LABEM. RVINÆ. LABEFACTATVM. AGGERIBVS
MARINI. OPERIS. IN. FVNDAMENTIS. VT. PERICVLVM
COMMEANTIBVS. ABESSET. EXTRVI. CVRARVNT.

VIII.

A N A G N I A E.

IMP. CÆS. L. SEPTIMII. PII. PERTINACIS. AVG. ARAB. ADIABENICI
PARTHICI. MAXIMI. FORTISSIMI. FELICISSIMI. PP. FILIO
M. AVRELIO. ANTONINO. PIO. FELICI. AVG. TRIBVNIC
POTESTAT. IIII. COS. PROCOS. S. P. Q. ANAGNINVS.

IX.


L. COELIO. L. F. QVIR. RVFO. V. C. FLAVIALI SACERDOTI
SPLENDIDISSIMO. PONTIFICI. MINORI. COOPTATO. IN. COLL
OMNIVM. FAB. CENTONARIOR. ET. DENDROFOR. CVRATORI. TRIVMPHI
IMP. CÆS. L. SEPTIMII. PERTINAC. AVGVSTI. PARTHICI
ARABICI. ET. PARTHICI. ADIABENICI. MAXIMI. CONSVLARI
CAMPANIÆ. ET. APVLIÆ. BIS. CORRECTORI. TVSCIÆ. ET. VMBRIÆ
ET. PICENI. PROCVRATORI. LVDI. LITTERARII. IIII. VIRO. VIARVM
STERNENDARVM. VIÆ. SEPTIMIÆ. PROCVRATORI. XX. HERED.
BRVTIÆ. ET. CALABRIÆ. CVRATORI. ÆDIFICIORVM
AQVARVM. QVÆSTORI. ÆRARI. SATVRNI. PATRONO. COLONIÆ
RICINNIÆ. HELVIÆ. IN. CVI. CVR. ET. OF. BENEMERITO. RICINNATI
HELVIANI. SVA. IMPENS. IN. FORO. CÆSAR. DD.

X.

Propè ruinas Via Sacra.

IMP. CÆSARI. L. SEPTIMIO. SEVERO. PERTINACI
AVG. P. M. TRIB. POT. III. IMP. IIII. COS. II
ARABICO. ADIABENICO. FRATRI. ARVALI.

ROMÆ. M. DC. XC.
Ex Typographia Io: Francisci de Buagnis. *Superiorum permissu.*




ARCUS SEPTIMI SEVERI IN FORO BOARIO.

Septimio Severo, Iuliae Augustae uxori, filijsq Antonino, et Getae Arcum hunc ab Argentarijs, Negotiantibus Boarij fori dicatum fuisse legitur in inscriptione. Getae vero nomen deletum post eius mortem, a fratre Antonino deprehenditur ex literis depreſſis, ac mutatis, et primò ad illa uerba PROCOS. FORTISSIMO. FELICISSIMOQVE. PRINCIPI. quorum vice reſtituimus ET. P. SEPTIMIO. GETAE. NOBILISSIMO. CAESARI. ſic ad illa PARTHICI. MAXIMI. BRITTANNICI. MAXIMI. reponimus Getae nomen ET. P. SEPTIMI. GETAE. NOBILISSIMI. CAESARIS. Deprehenditur etiam ex cognomine Britannici, quod multo poſtea Antoninus aſſumpſit. Hercules ab uno inſcriptionis latere comitem Bacchum ab alio ſane habuit, nam utriusque Seueri Auspices fuere, ſed Bacchi ſimulacrũ uel temporũ inurijs periit, uel cum Arcus ipſius angulo proxtę Eccleſiæ Sancti Georgij muro concluſum latet. In Pilis ſeu columnis utriusque ſculptę ſunt Aquilæ Legionum cum clypeis, et imaginibus Seueri, et filiorum et infra Sacrificalis pompa, Victimarij Victimæ, et Popa cum Securi



SEVERI ARCUS LATVS OCCIDENTALE

Plurima extant in hoc Arcu Triumphalia ornamenta, et Sacrorum insignia, siue ad Publica Vota, ob reditum Seueri Parthis deuictis siue ob Sæcularia hoc anno eiusdem Tribunicia Potestate XII. celebrata. Arcum ingressis, a dextris se se offerunt, Seuerus, et Iulia Sacra peragentes ad tripodem, siue hæc Dea Pax cum caduceo, cui hærebat alia figura marmore abrafa. A sinistris conspicitur Antoninus pariter sacrificans ad tripodem, abrafo quoque Geta fratre. In basibus ex ordine sculpta sunt sacrorum instrumenta, hinc lituus, Præfericulum, Patera, Pileus flaminicus, Aspergillum, Cultri, inde Acerra, Securis, Patera, Caluaria Victimæ, Præfericuli, Malleus, Amula. Infra Victimarij, Popa taurum feriens, Tybicen, Camillus, Sacerdos. 6. Occidentale Arcus latus Parthos captiuos catenis uinctos a Romanis exhibet. Orientale muro Ecclesiæ S. Georgij conclusi latet sub captiuis spolia, atque infra Bubulcis baculo Boues agens Boarij fori index.




ARCUS GALLIENI

Extat Gallieni Arcus in Exquilij, Ecclesiae Sancti Viti iunctus in celebri olim loco Luianae Macelli. Erectus fuit non ex publico Senatus, Populique Romani consensu, sed privati hominis Marci Aurelij Victoris nomine, ad obsequium erga Licinium Gallienum, et Corneliam Saloninam coniugem. Totus ex rudi Tiburtino marmore componitur non ad priscam Romanorum magnificentiam, labantibus Imperio, et bonis Artibus sub Gallieno ignauo Principe, fornix medius transitorius patet, reliquos duos utrinque muro septos cum fastigio addidimus ab exemplari Iamberti Architecti, de quo in praefatione; inque isdem simulacra, seu tropaea posita fuisse autumant aliqui.



CONSTANTINI MAXIMI ARCUS PROPE AMPHITHEATRUM FLAVIUM

A Senatu, Populoque Romano in honorem Constantini fuit erectus, victoria contra Maxentium Urbis tyrannum diuinitus parta. Ex Traiani Arcus ruinis extractum satis constat, tum ex quatuor superioribus in utraque facie affixis Tabulis, tum ex Clypeis, Capitiis, et equestri praelio elegantissimo cum effigie Traiani, quae cuncta meliorem sub hoc Imperatore. Sculpturae probant aetatem. Minores uero Tabulae sub Clypeis in Intercolumniis, ipsius Constantini acta referentes, omnem artis elegantiam, sub ipso extinctam indicant. Minores has in sequentibus exhibemus, nunquam editas cum superioribus ipsius Traiani iam exhibitis. Hae Arcus facies è conspectu Vie Appiae in intercolumniis has notas praefert SIC. X. SIC. XX. nempe, sicut Decennalia Vota feliciter soluta sunt, sic Vicennalia feliciter solvantur. Ab alia facie Amphitheatrum uersus legitur VOTIS. X. VOTIS. XX. Suscipiebant haec Vota pro salute Principum Decennio Imperij incepto, eoq. ex acto soluebant, et sic Vicennalia, et Tricennalia. Inde colligitur Arcum hunc, non statim aucto Maxentio, sed anno eius Imperij decimo uel extitit, uel absolutum.



Petrus Sanctus Bartolus delin. et sculp.

in Arcu Constantini

REX PARTHIS DATVS

TRAIANVS CTESPHONTA PROfectVS SVGGESTV MVLTA PRAEFATVS PARTHENASPA-
TEM REGEM PARTHIS DESIGNAT. REGIS PARTHORVM CAPVT QVOD DESIDERATVR IN MARMORE, RESTITVIMVS



Petrus Sancti? Bartolus del'et sculp.

VNVS EX TRANSVGGIS E DACIA AD OCCIDENDVM TRAIANVM IN MYSIÃ PROPECTVS OB-
SVSPICIONEM CAPTVS IMPERATORI DEFERTVR CUI DECEBALI PATEFACIT INSIDIAS Dio et Xiphil.

In Arcu Constantini

Io Jacobus de Rubeis Formis Romæ ad Templū Paris cū Priu. S. Pont.



ADLOCVTIO COHORTIVM

In Arcu Constantini

Io. Iacobus de Rubris Formis Romæ ad Templū Pacis cū Priu. Sum. Pont.

Petrus Sanchius Bartol.⁹ del. et sc.



SVOVE TAVRILIA

SACRIFICAT TRAIANVS PATERAM TENENS SVEM QVEM TAVRVMM IMMOLATVRVS VNDE SVOVE TAVRILIA QVOD SACRIFICIVM ET LVSTRO CONDITO ET CAPTIS SPOLIIS OPIMIS PERAGEBATVR



Petrus Sancti Bartolus del et sc.

RESTITVTORI VRBIS ^{sive} ADVENTVS AVGVSTVS ROMAM.

In Constant Arc.

VICTO DE CEBALO REDIENS DE DACIS TRIVMPHATVRVS ROMAM TRA-
IANVS INGREDITVR ET DACICVS APPELLATVR COMITANTIB VICTORIA ANONA ET PI-
etate. Roma orbē Imperij manu tenet Traian⁹ a se propagatū indicat.




Petrus Sanctus Bartolus del. et sculp.

VIA TRAIANA

In Arcu Constantini

VIA TRAIANA QVA APPIAM BENEVENTO BRVNDVSIVM TRAIAN' PERDVXIT CVM AR-
CV TRIVMPHALI A SPQR BENEVENTI ERECTO MVlier ROTAE INCVMBENS EST GENI' VIA CVRRIB' PVIAE

Io. Iacobus de Rubens Formis Romæ ad Templū Pacis cū Pri. S. Pon.
De vijs omnib' in Italia à Traiano refectis uide Galenū lib. 9. de methodo medendi



Petrus Sanctus Bartolus del. et Sculp.

ALIMENTA ITALIAE

FOEMINARVM FOECVNDITATI GENITORVMQ SPEI CONSVLVIT PVBLICVS PARES
PER VNIVERAM ITALIA PVERIS PVELLISQ VLPIS ALIMENTARIIS INSTITVTIS. *Plin. Dio. 30*

In Arcu Constantini.

Io Jacobus de Rubis Formis Romae ad Templu Paic cū Priu S Pon.



Petrus Sanctius Bartolus del. et sculp.

PARTHAMASIRIS ARSACIDAS PACORI FILIVS REX ARMENIOR DIADEMATE CAPITI DETRACTO EOQ POSITO AD PEDES TRAIANI PRO TRIBVNALI SEDENTIS SVPPPLICANTE SATRAPA ID SIBI REDDATVR EXPECTAT. *Dion. ex Theodosio.*

In Arcu Constantini.

Io. Iacobus de Rubbeis Formis Romæ ad Templū Pacis cū Pri. S. Pont.



TRAIANI
VENATIONES
VENATORES AC SERVI A CVRA CANVM ET EQVORVM.

In Arcu Constantini

Jo. Iacobus de Rubeis formis Romæ ad Templū patris cū Priu. S. Pont.

Petrus Sanctius Bartolus del'et fec.



fuit syluanus Larum Caesarum Deus, cui pro Salute Imperatorum uota suscipiebantur, idemque Augustus cognominatus. Arboris ramum, seu termitem humero gerit, dependente leoninae clamidis sinu pomis referto, quod is agrorum Deus etiam haberetur.



IMMENSIS MONTIVM IVGIS SVPERATIS COCITATOS VRSOS AGGREDITVR DETERRET STERNIT.

In Arcu Constantini

Jo. Jacobus de Rubeis formis Romæ ad Templū pacis cū Priu. S. Pont.

Petrus Sanctius Bartolus del. et fec.



Io: Jacobus de Rubeis formis Roma ad Templū pacis cū Priuſ Pont.

Pietrus Sanctus Bartolus del et fec.



VENATIONES


SYLVAS PERAGRAT CLAVSTRISQ FRACTIS TRUCULENTOS ARR-
OS CURSV INSECTATUR IACVLATIONE CONFODIT

Plin. Paneg.

In Arcu Constantini

TRAIANI uultum radiatus aureus circulus illustrat tum Dys, tum Imperatoribus apponi solitus, qui nimbus dicebatur, ut ex Seruio, atq. Isidoro, diuinitatis index. Hunc usurpasse C. Caligulam, ac meruisse Traianum scribit Plinius in Panegyrico.

Petrus Sancti Bartol' del' et scul'



APOLLINI SACRVM

In Arcu Constantini

Jo: Jacobus de Rubens formis Romæ ad Templū pacis cū Priu S. Pont.

Petrus Sanctus Bartolus del. et fec.




SVB PEDIBVS STRATVS TANTO FELICIOR ICTV

STAT LEO VVLNERIBVS SACRIS ET MORTE SVPERBVS

Que remissio tibi, nisi lustrare^{salutis} extutere cubilibus feras, superare immensa montium iuga, atque inter hæc pia mente adire lucos, et occurfare ruminibus Plin. Paneg.

Petr. Sanct. Bart. del. sculp.

Io. Iacob. de Rubeis formis Romæ ad Templ. pacis cū Priu. S. Pon. In Arcu Constantini



Jo: Jacobus de Rubeis formis Romæ ad Templū paucis cū Priu: Pont.

Petrus Sanctus Bartolus del: et fecit.



ORIENS

SOL IN CVRRV VICTOR ORBEM TENENS PALMAM PRAEBET PHOSPHORO SYMBOLVM ROMANI IMPERII VICTORIS IN ORIENTE.

Petrus Sanctus Bartolus del-et-Sculp.

EUPHRATES, seu TIGRIS.

In Arcu Constantini. 49



OCCIDENS

IN CVRRV LVNA HESPERO PRÆVNT E AC SIMVL HABENAS AGENTE .

Solis ac Lunæ Currus, Imperium Romanum, ab ortu, ad occasum patens æternūque designat. æternitatis enim Symbolum Sol, et Luna. In Arcu Constantini

DANVBIVS

Petrus Sanctus Bartolus del. et Sculp.

Io. Iacobus de Rubeis formis Romæ ad Templū Pacis cū Priu. S. Pont.



VICTORIA DACICA.

In Arcu Constantini.

OPTIMVS PRINCEPS VICTOR IN VRBEM REDIT COMITANTIBVS ROMA ET VICTORIA QVAE CAPITI EIVS LAVREAM IMPONIT.
Petrus Sanct. Bartol. del. et sculp. cu Priu. S. Pont.



VICTORIA DACICA.

ROMANI DACOS AGGREDIUNTUR CLAVE AFFICIUNT STERNUNT OBTRUNCANT.

cū Priu. S. Pont.

In Arcu Constantini

Petr. Sanct. Bartol. del. sculp.



VICTORIA DACICA

TRAIANVS FVLMINAT

DACOS EOSDEM PROFLIGAT CALCAT.

In Arca Constantini

Petrus Sanctus Bawtolus delin'et sculp.

Io Iacob^{us} de Ribeis formis Romæ ad Templū Pacis cū Priu S. Pont.



VICTORIA DACICA TRAIANI.


HAEC ET ANTECEDENTES TRES VNAM OLIM CONFICIEBANT TABVLAM IN ARCV VEL IN AEDIFICIIS FORI TRAIANI VNDE TRASLATA FVIT AD EXORNANDVM

CONSTANTINI ARCV.

Petr. Sanct. Bartol. del. sculp.

cū Priu. S. Pont.

In Arcu Constantini



Alpes transgressus CONSTANTINVS, ac plurimis per uniuersam Italiam Oppidis captis, Ruricio Maxentij duce profligato, Veronam urbem expugnat

1. CONSTANTINVS a Victoria coronatur 2. copijs admotis, in muros hostesq; irruit 3. Mauri sagittarij auxiliares 4. Veronae turres ac muri.




CONSTANTINVS ad Pontem Miluium cum Maxentio manum conserens, eoque cum suis gurgitibus obruto, lauream uictor refert

1. Pons Miluius 2. Tyberis fluius 3. Victoria cum laurea Imperatorem antecedit 4. Subsequente Roma 5. Maxentij copias in aquis percuntes Victores insequuntur 6. eosque supplices Mauri sagittarij confodiunt.







1. Victor CONSTANTINVS quadrygo uchitur curru 2. habenas regente Victoria 3. Præcedunt Equestres, et pedestres copiar inter quas 4. Capitiu penè talari tunica indutus, et capillo in uertice religato



Deuicto obrutoq. Maxentio, ac Republica a tyrannide liberata CONSTANTINVS in Fori Porticibus, siue in alio percelebri Urbis loco, intra Cancellos, interque Vexilla, Populum Romanum adloquitur
1. CONSTANTINVS paludatus Senatui Populoq. Romano concionem habet 2. Porticus Fori, 3. Cancelli 4. Statue Heroum, siue Imperatorum in columnis stantes 5. Statue sedentes Augustorum, siue Deorum 6. Fascia illa quæ descendunt ab humero ad pectus Comitum Imperatorum an sint Otia Senatorum, an trabea Consulares, et Equestres uideant Peritiores



In suggesto sedens CONSTANTINVS Congiarium Populo dat, infra uiri, et Mulieres cum filiis ad liberalitatem admissis
1. Imperator Trabea Consulari indutus 2. tesferam, seu tabellam largitionis, globulis inter punctam tenet, quorum singuli notam, siue Numariam, siue Frumentariam, siue aliarum rerum præferbant. Hos globulos Mulier pallij sinu excipit 3. Mulieres cum natis ad accipiendam liberalitatem manus extendunt 4. Scribae, Tesferarii, et Administri Annonæ, qui pro tesferis acceptis, iis, qui recipiunt, schedulas rerum largiendarum in Horreis publicis dabant




ARCUS PORTVGALLIAE DICTVS OLIM IN VIA FLAMINIA AD AEDENS. LAVRENTII IN LVCINA IN REGIONE CAMPI MARTII

Arcus Portvgalliae uulgò appellatus, cui dicatus fuerit pro incognito sanè habetur, quamuis alij Claudio, alij Druso, absque ullo probabili argumento tribuant. Marmorea tabulae utrinque in intercolumniis affixae, hanc Faustinae M. Aurelij Aurelij Apotheosim, inde Marcum ipsum, seu Lucium Verum supplicibus libellis accipiendis, uel Largitionum tesseris distribuendis uacantem exhibet. Ex quibus facile isdem Imperatoribus Arcum ascriberemus, nisi ruderibus aliorum aedificiorum constructum, et longè Antoninorum temporibus recentior, post Urbis incendia, et mala à Barbaris passa, rudera ipsa indicaret. Columnarum porro anterior facies flammis obuia, et combusta ad noui Arcus molitionem in posteriorem uerterant. Zophorus praeterea in partes scissus, ac ruditer aptatus, non respondebat ad mensuram, quemadmodum, et bases ueteris elegantiae experte sequiorem aetatem referebant. Ad hanc Arcus planities cum ueteri Flaminia uia subitus obruta minime congruebat, sed nouam, quae nunc extat, altius aggestam equabat. Quae cuncta Portvgalliae Arcum nouitium, atque ex proximi Antonii Fori ruinis congestum firmabant. Alexander VII. P. M. Flaminiam ipsam interiectis aedificijs impeditam dirigens, Arcum prospectu, ac incesu angustum, diuis, sculptasque tabulas in Capitolio locari mandauit.



FAUSTINAE CONSECRATIO

FAUSTINA E ROGO IN COELV FERTVR A²DIANA LVCIFERA ADSTANTE³MARCO⁴IVVE-
 NIS SEMINVDVS SAXO INCVMBENS FORTE GENIVS VICI HALALE IN RADICIBVS TAVRI
 MONTIS IN QVO DECESSIT FAUSTINA NISI MALIS ASCIDENTEM DIVAM EX MORE IPSV SVSPI-
 CERE AC TESTARI. *M. Aurelij caput consumptū restitutum est* *Io. Iacob. de Rubeis formis Romae ad Templū Pacis cū Priu. S. Pont.*
In Capitolio *Petrus Sanctus Bartol. del. Scul.*




Petrus Sanctus Bartolus delin. et sculp.

Jo. Iacobus de Rubéis formis Romæ ad Templū pacis cū Pri. S. P.

M. AVRELIVS IN SVGGESTV SVPPPLICIBVS VACAT LIBELLIS QVOS PROVINCIA-
LES SEV EXTERAE GENTES PORRIGVNT. Veri caput cosuptu restitutum est

Extabat in Arcu vulgo Portugalia nunc in Capitolio



MARCVS AVRELIVS GERMANIS SEV PARTHIS SVPPPLICIBVS AC SE SE DEDENTIBVS
DEXTERAM PORRIGIT ATQVE IN SVAM FIDEM RECIPIT.

*Hæc tabula cum duabus præcedentibus in eodem Arcu Portugalliæ olim extitisse creditur.
nunc In Aedibus Principis Sabelli super ruinis Theatri Marcelli.*



1. Caput Augusti sine litteris
Arcus à S.P.Q.R. Augusto, L. Vinicio Triumviro Monetalis, erectus
2. IMP. CAESARI AVG. COS. XI. TR. P. VI. S.P.Q.R. Augusti caput
Arcus Augusto dicatus, Civibus, et signis restitutus quæ Parthi
Crasso et M. Antonio ademant
3. NERO. CLAUDIVS DRVSVS. GERMANICVS. IMP. Caput Neronis Claudij
Arcus Druso Victori in expeditione Germanica, Via Appia positus

Augustorum Veteres Arcus, qui Romæ olim, nunc tantum in antiquis Nummis spectantur

4. NERO. CLAUDIVS DRVSVS. GERMANICVS. IMP.
Altera eiusdem Arcus facies cum statua Drusi ouantis, cuius
vestigia Portæ Capenæ iuncta adhuc durare autumant aliqui
5. TI. CLAVD. CAESAR. AVG. P. M. TR. P. VI. IMP. XI. Caput Claudij
Arcus Triumphus Britannici à Claudio ducti
6. NERO. CLAVD. CAES. AVG. GERM. P. M. TR. P. IMP. P. P. Caput Neronis
Arcus Neroni positus ob victoriam Corbulonis de Parthis

7. SER. GALBA. IMP. CAES. AVG. P. M. TR. P. P. P. Caput Galbæ
Arcus, Galba à Senatu dicatus, Quadragesima Portory seu
Litium remissa
8. IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. COS. XVII. CENS. PER. P. P. Caput Domitiani
Domitiani Arcus ob Victoriam de Germanis, et Dacis, de qua Martialis
9. IMP. CAES. S. DOMIT. AVG. Caput Domitiani
Arcus ex pluribus unus, quos per Verbis regiones sibi trexit Domitianus

10. IMP. CAES. NERVAE. TRAIANO. AVG. GER. Caput Traiani
Arcus cum Trophæis Victorie Germanicæ
11. IMP. CAES. NERVAE. TRAIANO. AVG. GER. DAC. Caput Traiani
Alij Arcum Traiani ob Victoriam Dacicam, alij templum Iouis Optimi
Maximi in Capitolio curru, et Dacis Trophæis exornatum
12. ANTONINVS. PIVS. AVG. PONT. TR. P. VII. Caput Antonini Caracallæ
Arcus Severo, et Antonino erectus, Parthis Arabibus, et Adiabenis devictis